in Epistolam II. S. Io. Chryſoſt. homiliæ 5. tom. 4.

in Cap. II. de Antichriſto. Clementis Mercatoris, annotat.

In Epistolas Ad Timothaevm.

Dvas item ſcripſit alias epiſtolas Paulus ad Timothæum, Epheſiorum Epiſcopum, qui (vt ait Hieronymus aduerſ. Vigilantium) fuit de Ciuitate Lyſtrenſium, Patre Græco, ideſt Athenienſe, matre autem Iudæa, vt refert Apoſtolus 2. *Timot.* 1. Quem puerum propè idem Paulus ſecum aſſumpſerat. Vnam, quæ eſt decima in ordine Sacrorum Bibliorum, ſcripſit ex Macedonia, anno Chriſti 57. (Baronius tom. 1. ſub. eod. anno) eamq. per Tychicum Diaconum miſit; inſtruens eum, quæ Miniſtrum ac Paſtorem Eccleſiæ deceant. Canones etiam illi præſcribens Eccleſiaſticos, de conſtituendi, Epiſcopis, Presbyteris, & Diaconis. Alteram verò, quæ in ordine ſacrorum Bibliorum eſt vndecima, ſcripſit Romæ in vinculis, anno Chriſti 59. (Baronius ibi) confirmans eundē Timothæū contra falſos prædicatores, & admonens, ne perſecutionum procellis deijciatur, ſimulque inſtruens (vt ait Anſelmus in præfatione 2. epiſt. ad Timoth.) primum de omni Regula veritatis, deinde etiam de his, quæ vltimis futura ſunt temporibus. Extant in eas, omnes, quos ſupra ſcripſiſſe diximus in vtrūque Teſtamentum, & in Nouum, & in omnes Pauli Epiſtolas. Item

Adami Sasbout, Commment.
Claudij Eſpencæi, Expoſitio.
Coſmæ Magaliani, Opus Hierarchicum, ſiue Comment. in 2. tomos.
Eſaiæ Abbatis, Comment.
Io. Auguſtini, Comment.
S. Io. Chryſoſtomi, homiliæ 28. tom. 4.
Io. Hagius m. s.
Io. Heſſels, Comment.
Ludouici Sotomaior, Comment.
Petri Steuartij, Comment.

in Epistolas primæ capitis 1. verſ. 15. *Fidelis ſermo, & omni acceptione dignus*, &c. S. Aug. tom. 10. ſerm. 9. & 10. de verb. Apoſt.

in Capitis II. verſ. 1. *Obſecro igitur, primùm omnium fieri obſecrationes, orationes*, &c. S. Bernardus, in ſerm. de diuerſ. ſerm. de quatuor modis orandi.

in Capitis III. verſ. 2. *Oportet ergo Epiſcopum*, &c. Caietanus, in Ientac. 12. quæſt. 4.

in Capitis v. verſ. 3. vſque ad 11. *Viduas honora, quæ verè viduæ ſunt*, &c. Sermonarii, in communi Viduarum. Vide eos in Indice Vniuerſali, verbo Sermonarii.

Vers. xxiii. *Vino modico vtere*, &c. S. Ioan. Chryſoſt. tom. 5. homil. 1.

in Capitis vi. verſ. 7. *Nihil enim intulimus in hunc mundum*, &c. S. Auguſt. ſeu alius, ſerm. 5. de Verb. Domini, tom. 10.

Vers. xvii. *Diuitibus huius ſæculi præcipe*, &c. S. Ioan. Chryſoſtomus, tom. 5. homil. 2.

Vers. xx. *Radix omnium malorum eſt cupiditas*, &c. S. Auguſtinus vbi ſupra, ſerm. 87. de diuerſis.

in Epistolas II. Capitis 2. verſ. 8. *Memor eſto Ieſum Chriſtum reſurrexiſſe à mortuis*, &c. Idem ibidem

item vſque ad verſ. 13. & in capitis 3. verſ. 10. vſque ad 13. *Memor eſto*, &c. & *Tu autem aſſecutus es meam doctrinam*, &c. Sermonarii in Indice Vniuerſali, verbo Sermonarii, vide eos in Communi vnius Martyris.

in Capitis iv. verſic. primum vſque ad 14. *Teſtificor coram Deo, & Chriſto IESV.* Iidem ibidem, in feſt. ſancti Sylueſtri, ſancti Io. Chryſoſtomi, ſancti Gregorii, & in Communi Doctorum.

Vers.

Vers. ii. *Prædica uerbum, inſta opporunè importunè*, &c. S. Auguſtinus, tom. 10. homil. 5.

Vers. vii. *Bonum certamen certaui, curſum conſumaui*, &c. S. Thomas, tom. 16. in ſermon. de Commemorat. S. Pauli.

In Epist. Ad Titvm.

DVodecimam in ordine ſacrorum Bibliorum hanc epiſtolam, ſcripſit Paulus anno Chriſti quinquageſimooctauo (Baronius ibi) ex Nicepoli Macedoniæ (dum Græciam peragraret) ad Titum, cui non ſolum Cretæ Inſulæ Græciæ, ſed & aliarum eiuſdem Pelagi adiacentium Inſularum, curam demandauerat: Erat ille natione Græcus, Pauli diſcipulus, & in Baptiſmo filius, vt docet Iſidorus, in libro de Patribus noui Teſtamenti, *Titus*, dicens, *Pauli diſcipulus, & in baptiſmo ſpiritualis filius, natione Græcus, ex gentibus ſolus à Paulo circuncisſus poſt Euangelium; quem ad inſtruendam Eccleſiam reliquit Apoſtolus Cretæ, ibique in pace defunctus eſt, atque ſepultus*. hæc ille. Docet, hac epiſt. Paulus, quæ maximè conueniant Pontificiæ gubernationi, & Statui Eccleſiaſtico, *qualeſque eſſe oportet eos* (ait Theodoretus in argum. huius epiſt.) *quibus creditum eſt diuini ſacrificij munus*, deinde etiam accuſat aliquos ex Iudæis credentes, qui ſalutarem prædicationem conabantur corrumpere: Ac diuinæ tandem meminit Oeconomiæ, eius etiam oſtendens cauſas. Extant in eã, omnes, quos ſupra ſcripſiſſe diximus, in vtrumq; Teſtamentum, in Nouum, & in Epiſtolas Pauli. Itẽ

Adami Sasbout, Comment.
Claudii Expencæi, Ex poſitio.
Coſmi Magaliani, Comment ſeu opus Hierarchicum, in 2. tomos.
S. Hieronymi, Comment. tom. *6*.
Iacobi Suzati, Annotat.
S. Io. Chryſoſtomi, homiliæ *6*. tom. 4.
Io. Hagen ab Indagine, Comment.
Ludouici Sotomaioris, Comment.
Richardi Lauinhan, liber.
Roberti Roſæi, Comment. & lecturæ.

in **Capitis i.** verſ. 7. *Oportet Epiſcopum*, &c. S. Auguſtinus tom. 10. ſerm. 19. de Verb. Apoſt.

in **Capitis ii.** verſ. 11. *Apparuit enim gratia*, &c. S. Bernard. ſerm. 1. de Epiph. in ſerm. de temp. & ſerm. 11. in ſerm. paru. Io. Baptiſta Madrigal, Homil. 14. Hiſp.
Item vſque ad verſ. 15. *Apparuit*, &c. Sermonarij in Natiuitate Domini. Vide eos in Indice Vniuerſali, verbo Sermonarii.

in **Capitis iii.** verſ. 4. vſque ad 8. *Cum autem benignitas, & humanitas apparuit Saluatoris*, &c. Iidem ibidem.

In Epist. Ad Philemonem.

DEcimãtertiam, iuxta ordinẽ ſacrorum Bibliorum, hãc epiſtolam, ſcripſit Paulus, Romæ in vinculis ſuis, anno Chriſti 60. (vt eod. anno probat Baronius) ad Philemonem, qui (vt ait Theophilactus hic in Prologo) genere Phrygius fuit, moribus fidelis, ac nobilis, & virtute quidem mirabilis, *quod ex eo conſtat* ait Chryſoſt. in argum. epiſt. *quod domus quoque eius omnis, fidelis erat, atque adeo fidelis, vt Eccleſia etiam appellaretur*. Quo circa ſcribit ad eum Apoſtolus: *Saluta, & Eccleſiam, quæ eſt in domo tua*. Atteſtatur, & illi ſingularis obedientiæ meritum, & quod in eo viſcera ſanctorum quieuerunt: ipſum quoque in hac epiſt. admonet, vt ſibi hoſpitum paret; ex quo non obſcure colligitur, illius domum, Sanctorum fuiſſe diuerſorium. Miſit eam per Oneſimum ſeruum Philemonis fugitiuum, & compilatorem, quem hero ſuo conciliat, Domini erga ſeruum, & ſerui erga Dominum officium demonſtrans. Extant in eam omnes, quos ſupra ſcripſiſſe diximus in vtrumque Teſtamentum, in Nouum, & in Epiſtolas Pauli. Item

Franciſci Feu-ardentij, Comment.
S. Hieronymi, Comment. tom. *6*.
S. Io. Chryſoſtomi, Homiliæ 3. tom. 4.
Io. Hagen ab Indagine, Comment.

Vers. i. *Paulus vinctus Ieſu Chriſti*, &c. S. Io. Chryſoſtomus, tom. 5. homil. 16.

In Epist. Ad Hebræos.

DEcimamquartam, iuxta ordinem ſacrorum Bibliorum, hanc Epiſt. ſcripſit Paulus etiã Romæ in vinculis ſuis, propter credentes ex Iudæis, qui eum viſitauerant, & conſolati fuerant, anno Chriſti 60. (Baronius ibidem) & quidem Hebraicè, quãm tamen ſiue Lucas Euangeliſta, ſiue Clemens Romanus Pontifex, vt Poſſeuinus obſeruat, Græco ſermone, non tamen ſenſibus, exornarunt. Hanc ſacra Nicæna Synodus, tamquam à Paulo Apoſtolo ſcrip-

Digitized by Google

ſcriptam, inter ſacra volumina recepit. (Vide Bellarminum, cap. 7. lib. 1. de verbo Dei) Miſſa eſt ad Hebræos per Timothæum, & ne ſe putarent in aduerſitatibus derelictos (ait Chryſoſt. in præfat. huius Epiſt.) inter cætera duobus eos inſtruit modis: primo, quæcumque acciderint iubens ferre fortiter; deinde ſperare certum præmium. Deum enim non neglecturum inhonoratum Abelem, & reliquam deinceps iuſtorum ſeriem. Et triplicem illis conſolationem adhibet, vnam exemplo Paſſionis Chriſti, dicentis, non eſſe potiorem ſeruum, quam ſit ipſius Dominus; alteram oſtendendo credentium præmium; tertiam, dum docet qualiſnam hæc ſit aduerſitas; nec per futura ſolum eos confirmat, quibus minus moueri poterant, verum etiam per præterita quæ acciderunt ipſorum Patribus. Extant in eã, omnes, quos ſupra ſcripſiſſe diximus in vtrumque Teſtamentum, in Nouum, & in omnes Pauli Epiſtolas; Item

Adami Sasbout, Comment.
Conſtantini Presbyteri Antiocheni, Homiliæ 34.
Cyrilli Alexandrini, Comment.
Dominici Docti Patauini, Comment.
Euangeliſtæ Marcellini, Comment.
Franciſci Riberæ, Comment.
Gerardi Bergomenſis, liber vnus.
Gregorij Epiſcopi Sauonenſis, Comment.
Gulielmi de Melitona, Comment.
Hieronymi Triuiſani, Comment.
Hieronymi Veronenſis, Comment.
Iacobi Suzati, Annotat.
Incerti verſio, & Notæ, Hebraicè.
Io. Antonij Delphini, Comment.
S. Io. Chryſoſtomi, Homiliæ 33. tom. 4.
Io. Hayton, Expoſitiò.
Io. Huldalrici, Comment.
Io. Scandellandi, Comment.
Lancellotti Ridley, Comment.
Landulphi Caraccioli, ſcripta.
Matthæi Galeni, Comment.
Michaelis de Palatio, Enarrationes literales, & myſticæ.
Nicolai Eymerici, Comment.
Nicolai de Grandis, Comment.
Richardi Cænomani, Comment.
Stephanus Poſtillator.
Thomæ Sperman, Comment.

in Capitis I. verſ. 1. vſque ad 13. *Multifariam, multiſq. modis*, &c. Sermonarii, in Natiuitate Domini. Vide eos in Indice Vniuerſali, verbo Sermonarij.

in Capitis V. verſ. 1. vſque ad 7. *Omnis namque Pontifex*, &c. Iidem ibidem, in feſto ſancti Thomæ Cantuarienſis, & in communi Confeſſ. Pontif.

in Capitis VII. verſ. 23. vſque ad 28. *Et alij quidem plures facti ſunt ſacerdotes*, &c. Iidem ibidem, in Communi eorundem.

in Capitis IX. verſ. 11. vſque ad 16. *Chriſtus autem aſſiſtens Pontifex futurorum bonorum*, &c. Iidem ibidem, in Domin. Paſſionis.

Vers. XIV. *Quanto magis ſanguis Chriſti*, &c. S. Thomas, tom. 16. ſerm. 1. in Domin. de Paſſ.

Vers. XXVII. *Et quemadmodum ſtatutum eſt hominibus ſemel mori*, &c. Aloyſius de Reboledo, orat. 7. funerali, Hiſpan.

in Capitis X. verſ. 26. *Sponte peccantibus*, &c. S. Io. Chryſoſt. homil. 5. tom. 4.

Vers. XXXII. vſque ad 38. *Rememoramini autem priſtinos dies*, &c. Sermonarii vbi ſupra, in communi plurim. Mart.

in Capitis XI. verſ. 33. *Sancti per fidem vicerunt Regna*, &c. Iidem ibidem, in feſto SS. Fabiani, & Sebaſtiani, & in communi plurim. mart. S. Tho. to. 16. in fin. de eiſdem.

in Capitis XIII. verſ. 7. vſque ad 18. *Mementote præpoſitorum veſtrorum*, &c. Sermonarij vbi ſupra, in communi Confeſſ. Pont.

Vers. XVII. *Obedite præpoſitis veſtris, & ſubiacete eis*, &c. Theodoretus, tom. 2. ſerm. 8. de Prouidentia.

In Epist. Catholicas.

Licet, ex Epiſtolis, quæ iuxta ordinem S. Bibliorum, poſt numeratas S. Pauli ponuntur, duo tantum in vulgatis Biblijs correctis, Catholicarum titulum præferant, videlicet primam B. Iacobi, & vltimam B. Iudæ, à ſacris tamen ſcriptoribus, & ss. Patribus, Catholicæ omnes communiter dicuntur, & in Græcis Biblijs inſcribuntur τῆς καθολικῆς; & quidem, (vt Oecumenius ait, ante commentum in epiſt. Iacobi) Catholicæ dicuntur, ideſt vniuerſales, ſiue orbiculares, quod non diſtinctim vni Genti, aut Ciuitati (quemadmodum D. Paulus Romanis, aut Corinthijs) has dedicat epiſtolas, huiuſmodi diſcipulorum Domini cętus, ſed vniuerſaliter fidelib. ſiue Iudæis, qui diſperſi erant, ſiue etiam omnibus Chriſtianis, ſub eadem fide degẽtibus. Quod ſi Canonicas aliquando appellari legimus, Imperitia ſcriptorum, cenſent aliqui factum eſſe, vt

com-

commutatis ſcilicet aliquibus mediarum ſyllabarum literis, pro Catholicis epiſtolis, Canonicas poſuerint, quod affirmare non audet Lorinus in prolegomenis ſuorum comment. in epiſt. Io. & Petri, ob grauiſſimorum ſcriptorum auctoritatem, qui eas ſic vocitant: Sed, quæſtio hæc de nomine, vtcunque ſit, Catholicas eas vocamus, cum Biblijs correctioribus, quæ dum earum primam, & vltimam ſic appellant, eundem iudicium fieri videntur voluiſſe de medijs. Sunt hæ numero ſeptem, Iacobi vna, Petri duæ, Ioannis tres, Iudæ vna, quæ omnes eodem ferè ordine ab Apoſtolis fuerunt ſcriptæ, quo in ſacris Biblijs ſunt collocatæ, paſſimq., vt rem compertam, omnes Græca lingua fuiſſe dictatas, ſcriptores aſſerunt; licet enim Iacobus Hebræis ſcripſerit, hi tamen orbe toto diſperſi erant, & Græco id temporis tritiſſimo ſermone, vel vtebantur, vel eũ intelligebant, vt etiam de cæteris Pauli epiſtolis ſupra retulimus. Extant in eas, omnes quos ſcripſiſſe diximus in vtrunque, & in nouum Teſtamentum. Item

Adami Saſbout, Explicatio.	Iacobi Fabri, Comment.
Ægidij Columnæ, Comment.	Io. Baptiſtæ Folengij, Comment.
Ambroſij Catharini, Comment.	Io. Bernardi Feliciani, Catena.
Auguſtini Romani, Comment.	Io. Gagnæi, Scholia.
Bartholomæi Bononienſis, Comment.	Io. Hagen. ab Indagine, Comment.
Benedicti Ariæmont. Comment.	Io. Noblet, Comment.
Chriſtophori Nolhamſenſis, Comment.	Marci Aurelij Caſſiodori, Comment.
Claudius Guillandus.	Nicolai Gorram, Comment.
Clementis Lanthonienſis, Comment.	Nicolai Serarij, Cōment. adhuc deſiderantur.
Conradi Henſel, Comment.	Nicolai Taciti, Scholia.
Dominici Guzmani, Comment.	Oecumenius.
Dydimi Alexandrini, Enarratio, in Biblioth. Vet. Patrum, tom. 9.	Eiuſdem collectio expoſitionum ss. Patrum Græcorum, græcè.
Franciſci Titelmani, Elucidationes.	Salmeronis, Comment. tom. 16.
Gregorius Primaticcius.	Sixti Viccdomini, Comment.
Haymonis Halberſtatenſis, libri 7.	S. Thomæ, Comment.
Hieronymi Seripandi, Comment.	Thomæ Anglici, Comment.
Hugo de S. Charo, tom. 7.	Thomæ à Vio Caietani, Expoſitio.

In Epiſt. Iacobi.

IAcobus Apoſtolus dictus minor (nō perfectione ac virtute, ſed quia poſt Iacobũ Zebedęi, fratre Ioānis vocatus eſt) cognomento Iuſtus, qui etiā frater Domini eſt appellatus, quia (teſte Hieron.) Mariæ ſororis Matris Domini (cuius Io. in libro ſuo meminit) erat filius, poſt Paſſionem Domini, ſtatim, ab Apoſtolis Ieroſolymorum Epiſcopus ordinatus, rexit Eccleſiam vſque ad ſeptimum Neronis annum. poſt quem, dum à Iudæis publicè compelleretur, vt Chriſtũ Dei filium denegaret, contradicens, lapidari iuſſus eſt; cumq. præcipitatus de pinna Templi, & cōfractis cruribus, ſemiuiuus pro interfectoribus oraret; fullonis fuſte in cerebro percuſſus interijt. Narrant de eo, ab vtero Matris ſanctum fuiſſe; vinum & ſiceram nunquam bibiſſe; carnem nullam comediſſe; nunquam attonſum eſſe, nec vnctum vnguento, nec vſum Balneo; & alia plurima, quæ fuſius probat Baronius Annalium, tom. 1. anno Chriſti 63.

Vnam tantum ſcripſit Epiſtolam (quæ prima inter Catholicas numeratur, quoniam prius ab illo conſcripta, quam reliquæ à cæteris Apoſtolis) duodecim tribubus, quæ erant in diſperſione, *docens*, (vt ait Oecumenius) *de tētationum varietate, quenam à Deo ſint, & quæ à proprio corde hominum, quodq. non verbo tantum, ſed & opere, fidem oporteat oſtendere, neq; auditores legis, ſed factores iuſtificari*; de diuitibus quoque præcipit, ne in cœtu Eccleſiæ præponantur pauperibus, ſed potius increpentur, tāquam faſtuoſi ac ſuperbi, & tandē conſolatur illos, qui iniuria afficiuntur, eosq. hortatur, vt longanimes ſint, vſque ad Iudicis Aduentum. Præcipit aduocari presbyteros ſuper infirmos, &c. Cauſam ſcribendi præbuerunt deprauati mores plurimorum, qui aliquid de veteri Phariſæorum retinentes fermento, multa de legibus diuinis garriebant, & iactabant, ſed vitam ad earum Regulam non dirigebant. Extant in eam omnes quos ſcripſiſſe memorauimus in vtrunque Teſtamentum, in nouum, & in Epiſtolas Catholicas. Itē

Bedæ, Expoſitio, tom. 5.	Gregorij Ariminenſis, Comment.
Bernardi de Ambaſia, Comment.	Iacobi Alogenhagen, Annotationes.
Bonauenturæ Patauini, Comment.	Iacobi Fabri, Comment.
Clementis Alexandrini, Adumbrationes	Io Kynynghan, Comment.
Dydimi Alexandrini, Enarratio.	Nicolai Dunckelſpuli, Comment.
Franciſci Feu-ardentij, Comment.	Petri Steuartij, Comment.
Gaſparis Contareni, Scholia.	Thomæ Maldon, ſcripta.

Tho-

Digitized by Google

Thomæ Sperman, Comment. Vvalfredus quidam.

Thomæ Vvaldenſis, Comment. Vvolfgangi Sedelii, Comment.

in Capitis i. verſ. 2. vſq; ad 13. *Omne gaudium exiſtimate fratres mei*, &c. Sermonarij, in communi vnius Martyris. Vide eos in Indice Vniuerſali, verbo Sermonarii.

Vers. xii. vſque ad 19. *Beatus vir qui ſuffert tentationem*, &c. Iidem ibidem, in Communi vnius Martyris Pontificis.

Vers. xvii. *Omne datum optimũ, & omne donũ perfectũ deſurſum eſt*, &c. Nicol. de Cuſa.

Item vſq; ad 22. *Omne datum*, &c. Sermonarii, vbi ſupra, in Dom. 4. poſt Paſcha.

Ver. xix. *Sit omnis homo velox ad audiẽdũ*, &c. S. Tho. to. 16. in ſer. de Dom. 3. poſt oct. Paſch.

Ver. xxii. vſq; ad fin. *Eſtote autẽ factores verbi*, &c. Sermonarii vbi ſup. in Dom. 5. poſt Paſc.

Vers. xxvi. *Si quis putat ſe eſſe Religioſum*, &c. S. Tho. vbi ſupra, ſerm. 1. de Domin. 4.

in Capitis v. verſ. 12. *Ante omnia nolite iurare*, &c. S. Aug. tom. 10. ſer. 28. de verb. Apoſt.

Vers. xvi. *Confitemini alterutrum peccata veſtra*, &c. Idem ibidem, homil. 12.

Itẽ ibi. *Multũ valet deprecatio iuſti aſſidua*, &c. S. Tho. vbi ſupra, ſerm. 1. in Rogationibus.

In Epist. Petri.

PEtrus (qui Græcè Πέτρος, & Chaldaicè, ſeu Syriacè Cephas, hoc eſt petra, interpretatur, cui à Chriſto dictum eſt: *Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram, &c.*) Cuius fuit Bethſaidæ, Oppidi Galileæ, frater Andreæ, & artificio piſcator. Is cum legatur habuiſſe ſocrum *Matth.* 8. *Marc.* 1. *Luc.* 4. vxorem etiam habuiſſe neceſſe eſt, quæ teſte Clemente Alexandrino *lib. 7. Stromat.* martyr ante eum occubuit, ex qua etiam ante ſuam vocationem, filiam, Petronillam nomine, habuiſſe, aſſerunt aliqui: aliqui vero, præcipuè ex recentioribus, negant; ſpiritualem eius tantum filiam eam fuiſſe aſſeuerantes. *Vide Baronium an.* 69. Adductus eſt primo à fratre Andrea ad Ieſum, deinde ſimul cum fratre ad Apoſtolatum vocatus à Chriſto, *Matth.* 4. relictis omnibus, ſecuti ſunt eum.

Hunc Christvs Dominus noſter, diſceſſurus ex hoc mundo ad Cæleſtem Patrem ſuum, præſcius neceſſitatum Eccleſiæ ſuæ, eiuſdem Gubernatorem eum effecit, tertio de eius dilectione erga ſe præ aliis Apoſtolis, interrogans, & tertio ad affirmationes Petri ſubiiciens, *Paſce oues meas*. *Ioan.* 21. Poſt Chriſti Aſcenſionem lupinis minuto aſſe veneuntibus famem pellere conſueuiſſe, aſſerit Nazianzenus, orat. de amore Pauperum, vbi etiam ait, eum à vino deinde, & à carnibus abſtinuiſſe. *Indumentum habuit, ſolam tunicam, & pallium*, ait Clemens in lib. Recognit. & *Petrus*, (ait Iſidorus de Patribus noui Teſtamẽti) *Apoſtolorum Princeps, primus Confeſſor Dei, atque diſcipulus, Paſtor humani generis, Clauiger Ethereus, Chriſti amator, Chriſti negator, qui cum Antiochenſi Eccleſiæ ſeptem præfuiſſet annis, Euangelium prædicauit in Ponto, Galatia, Cappadocia, Aſia, & Bithinia: Secundo verò anno Claudij, ad expugnandum Simonem Magum peruenit Romam, vbi annis 25. eiuſdem Vrbis tenuit Pontificatum, vſque ad vltimum Neronis annum, id eſt quartumdecimum, à quo, anno trigeſimoſexto iij. kalen. Iulij poſt Paſſionem Chriſti, Cruci affixus, martyrio coronatus eſt, capite ad terram verſo, & in ſublime pedibus eleuatis; aſſerens ſe indignum, quod ſicut Dominus, crucifigeretur: Sepultus eſt Romæ in Vaticano, iuxta viam Triumphalem tertio lapide ab Vrbe, ad Orientalem plagam, vbi totius orbis veneratione celebratur.* Effigiem eius, ex antiquis picturis Apoſtolorum deſcribens Nicephorus lib. 2. Hiſt. cap. 37. ait, *Petrus quidem haud craſſa corporis ſtatura fuit, ſed quæ eſſet aliquanto erectior, facie ſubpallida, & alba admodum; capilli capitis, & barbæ criſpi, & denſi, ſed non admodum prominentes; oculi quaſi ſanguine reſperſi fuere* (quod aſſiduè fleret, ait Baronius vbi ſupra) *nigri, ſupercilia propè euulſa, naſus autem longior ille quidem, non tamen in acumen deſinens, ſed preſſus, ſimusq. magis*, tonſum fuiſſe capite in modum coronæ, vt nunc Regulares, probat citatus Baronius, vbi ſupra, ſcripſit duas Epiſtolas ex Catholicis, quarum prima edita eſt Romæ, anno Chriſti 45. cum adhuc ibi Marcus eſſet, quam putat Baronius ex Hebræo ab eodem Marco tranſlatam, idque vult Hieronymus innuere; quod incertum Lorinus exiſtimat. Scripſit eam omnibus in Chriſto credentibus, *Electis, aduenis, diſperſis*, &c. & ſicut Oecumenius in præfatione, ex Synopſi Athanaſij, docet; Primum quidem enarrat, & oſtendit, quod fides in Chriſtum à Prophetis annuntiata ſit, & per ipſos ſignificata redemptio, quæ per ipſius ſanguinem fieret; quodque ipſis, & gentibus annuntiata ſint omnia, ad quæ deſiderant Angeli proſpicere. Deinde, vbi ſuaſit, vt digne ad eum, qui ipſos vocauit conuerſentur, exhortatur, vt etiam Regibus honorem deferant, & mulieribus ac viris concordiam præcipit, & pauca circa mores exhortatus, ſignificat, quod finis omnium deinceps immineat, obidq. omnes paratos eſſe debere, tanquam Iudici rationem reddituros; & ita concludit primam epiſtolam. Alteram vero ſcripſit etiam ex

Vrbe

-Vrbe Roma, cum eo rediiſſet, anno Chriſti 68. (vt eodem anno oſtendit Baronius) eaque omnes ad fidem Chriſti conuerſos docet, religionem quam acceperant, ſanctam, & veram eſſe; deinde hortatur eos, vt puritati vitæ, & innocentiæ ſtudeant, in qua, vt firmius præſtent, & Pſeudoprophetas venturos facilius vitent, teſtimonia veræ Religionis adducit, quibus illorum verſutias, & exitium prænuntians, omnes illius magnæ diei, certiſſimæ quidem, ſed nemini tamen cognitæ admonet. Extant in eas, omnes, quos ſupra ſcripſiſſe diximus, in vtrumque, & in Nouum Teſtamentum. Item

Bedæ, Expoſitio, tom. 5.	Franciſci Vicedomini, Comment.
Clementis Alexandrini, Commentar. in Bibliot. Veterum Patrum, tom. 1.	Io. Heſſels, Comment.
	Io. Lorini, Comment.
Dydimi Alexandrini, Enarrationes.	Petri à S. Fide, Comment.
Franciſci Feu-ardentij, Comment.	Thomæ Vualdenſis, Comment.

in EPISTOLAE primæ, Capitis I. verſ. 1. vſque ad 8. *Petrus Apoſtolus Ieſu Chriſti*, &c. Sermonarij, in feſto Cathedræ S. Petri. Vide eos in Indice Vniuerſali, verbo Sermonarij.

VERS. III. vſque ad 8. *Benedictus Deus, & Pater Domini noſtri*, &c. Iidem ibidem, in communi plurimorum martyrum tempore Paſchali.

VERS. XII. *Quibus reuelatum eſt, quia non ſibimetipſis, vobis autem miniſtrabant*, &c. S. Auguſtinus, tom. 10. ſerm. 39. de verb. Apoſt.

in CAPITIS. II. verſ. 1. *Deponentes igitur omnem malitiam*, &c. Idem ibidem, homil. 20.

VERS. IX. *Vos autem genus electum*, &c. Caietanus, Ientac. 3. quæſt. 2.

VERS. XI. *Obſecro vos tanquam aduenas, & peregrinos*, &c. S. Thomas, tom. 16. ſerm. 1. de Domin. 2. poſt oct. Paſch.

Item à verſic. 11. vſque ad 19. *Obſecro vos, &c.* S. Bernardus, in ſermon. de temp. ſerm. 7. de Quadrageſima. Sermonarij vbi ſupra, in Domin. 3. poſt Paſcha, verbo Sermonarij.

VERS. XXI. *Chriſtus paſſus eſt pro vobis, nobis relinquens exemplum, &c.* S. Thomas, vbi ſupra ſerm. 1. de Dom. 1. poſt oct. Paſchæ.

Item vſque ad fin. cap. *Chriſtus*, &c. Sermonarii vbi ſupra, Domin. 2. poſt Paſch.

in CAPITIS III. verſ. 8. vſque ad 15. *In fine autem omnes vnanimes*, &c. Iidem ibidem Domin. 5. poſt Paſcha.

VERS. II. *Declinet autem à malo, & faciat bonum*, &c. S. Thomas, vbi ſupra, ſerm. de Dom. 5. poſt Pentecoſt.

in CAPITIS IV. *Eſtote prudentes, & vigilate in orationibus*, &c. Idem ibidem ſerm. 2. in Rogation.

Item vſque ad verſ. 12. *Eſtote prudentes*, &c. Sermonarij vbi ſupra, in Dom. infra oct. Aſcenſ.

VERS IX. *Hoſpitales, ſine murmuratione*, &c. S. Thomas, vbi ſupra, ſermon. 3. in Rogation.

in CAPITIS V. verſ. 6. *Humiliamini ſub potenti manu Dei*, &c. Idem ibidem ſerm. 1. de Dom. 3. poſt Pentecoſt.

Item vſque ad fin. *Humiliamini*, &c. Sermonarij vbi ſupra, in Domin. 3. poſt Pentecoſt.

in EPISTOLAM SECVNDAM Petri. Adami Saſbout, Comment. Nicætæ Heracliæ Epiſcopi, Comment.

in CAPITIS I. verſ. 16. *Non enim doctas fabulas ſecuti*, &c. Antonius Perez, in Laurea Salamant. certam 2. expoſt

VERS. XVIII. *Et hanc nos audiuimus vocem delatam de cælo, Hic eſt filius meus dilectus*, &c. S. Auguſt. tom. 10. ſerm. 27. de Verb. Apoſt.

IN EPISTOLAS B. IOANNIS APOSTOLI.

IOannes (de quo ſupra, in Introductione ad ſuum Euangelium) poſtquam ex Inſula Pathmos, vbi in exilium à Domitiano relegatus fuerat, Epheſum rediiſſet, cum iam ſenex ſcripſiſſet contra Cherintum, & alios hæreticos Euangelium, ſcripſit etiam græcè epiſtolas tres Catholicas; primam, quam (vt Catholicæ nomen importare diximus) non diſtinctæ certæq. Prouinciæ miſit, ſed vniuerſo fidelium cætui. Quare Ambroſ. c. 1. de pœnit. c. 10. appellat eam Generalem Epiſtolam, licet Parthis præcipue miſſam eſſe, contendant aliqui. Exhortatur, ea, (vt Oecumenius in argumento huius epiſt. ex Athanaſio in Synopſi

ait) credentes in Domino, ne contriſtentur, ſi odio habeantur in mundo; ſed gaudeant potius, quod odium mundi oſtendat credentes migraſſe ab hoc Mundo, ac deinceps cæleſtem habere conuerſationem.

Secundam verò, Electæ cuidam fœminæ ſic vocatæ, & liberis eius ſpecialiter miſſam ex principio epiſtolæ apparet, vbi Ioannes iam ſenior ſic ait. *Senior Electæ Dominæ, & natis eius, quos ego diligo in veritate*, &c. Vocat eam Dominam, quia fortè princeps erat fœmina, & eximij honoris ac potentiæ; profitetur enim eam non à ſe tantum diligi, ſed ab omnibus, qui cognouerant veritatem: tum, quia (ſi credimus Lyrano) miniſtros Eccleſiæ ſuſtentabat. Commendat in ea (vt ex Athanaſio in Synopſi, ait Oecumenius) primum ipſius Electæ filios, quòd rectè ambulent; deinde docens non eſſe recens myſterium, quod apud nos eſt, rurſum ad dilectionem eos hortatur, & præcipit vt maneant in doctrina ſibi tradita; & conſequenter docet eum eſſe Antichriſtum, qui ait Chriſtum in carne non veniſſe.

Tertiam ſpecialiter miſit Gaio, cui etiam Dionyſium ſcripſiſſe multis placet, qui vulgo eum creditur eſſe, quem Paulus ad Romanos 16. vocat hoſpitem ſuum, ipſum Caium pietatis cauſa in ea extollit, atque vt in ipſa pietate maneat exhortatur: Diotrephen impietatis, & ſuperbiæ cauſa obiurgat; Demetrio autem bonum teſtimonium perhibet cum fratribus vniuerſis. Extant in eas, omnes, quos ſupra ſcripſiſſe diximus in vtrumque Teſtamentum, in Nouum, & in Epiſtolas Catholicas. Item

S. Auguſtini Expoſitio, tom. 9.
Bedæ Expoſitio tom. 5.
Bernardi de Ambaſia, Comment.
Bonauenturæ Patauini, Comment.
Clementis Alexandrini, Cōment. in Bibliot. Veterum Patrum, tom. 1.
Dydimi Alexandrini, Enarratio.
Io. Antonij Delphynij, Comment.
Io. è Condeto, Comment.
Io. Feri, Comment.
Io. Glodeſtin, Expoſitio.
Io. Hayton, Expoſitio, & adnotationes.
Io. Heſſels, Comment.
Io. Lorini, Comment.
Io. de Sanctafide, Comment.
Matthiæ Cittaredi, Conciones.
Staniſlai Grodicii, Concio.

in EPISTOLAE I. capitis I. verſ. 8. *Si dixerimus quod peccatum non habemus*, &c. S. Auguſt. tom. 10. ſerm. 29. de Verb. Apoſt.

in CAPITIS II. verſ. 15. *Si quis diligit mundum*, &c. Idem ibidem ſerm. 47. de diuerſ.

in CAPITIS II. verſ. 16. *Omne quod eſt in mundo*, &c. Pineda in Salamone præuio, lib. 7. cap. 3.

in CAPITIS III. verſ. 13. vſque ad 19. *Nolite mirari fratres ſi odit vos mundus*, &c. Sermonarii, in Dom. 2. poſt Pent. Vide eos in Indice Vniuerſ. verbo Sermonarii.

VERS. XVII. *Si quis habuerit ſubſtantiam huius mundi*, &c. S. Thomas, tom. 16. ſerm. 1. de Domin. 2. poſt Pentecoſt.

in CAPITIS IV. verſ. 1. *Chariſſ. Nolite omni ſpiritui credere*, &c. S. Auguſt. vbi ſupra ſerm. 30.

VERS. II. *Omnis ſpiritus qui confitetur Ieſum Chriſtum in carne veniſſe*, &c. Idem ibidem ſerm. 31.

VERS. XVI. vſque ad fin. cap. *Et nos cognouimus, & credidimus Charitati*, &c. Sermonarii vbi ſupra in Dom. 1. poſt Pent.

VERS. XIX. & XX. *Diligamus Deum quoniam prior dilexit nos*, &c. S. Thomas, vbi ſupra ſerm. 1. de Dom. 1. poſt Pent.

in CAPITIS V. verſ. 4. *Omne quod natum eſt ex Deo vincit mundum*, &c. S. Bernardus, in ſerm. de temp. 1. 2. in oct. Paſchæ.

Item vſque ad verſ. 10. *Omne quod natum eſt*, &c. Sermon. vbi ſupra in Dom. in Albis.

VERS. VII. *Tres ſunt qui teſtimonium dant in cælo*, &c. S. Bernardus vbi ſupra in ſerm. paru. ſerm. 16. S. Thomas, vbi ſupra; ſerm. 2. de S. Trinitate.

Item ibi *Tres ſunt qui teſtimonium dant in Terra*, &c. Idem ibidem ſerm. 1. de Domin. in oct. Paſchæ.

VERS. 16. *Qui ſcit fratrem ſuum peccare*, &c. Caietanus, Ientac. 8. quæſt. 3.

in EPISTOLAM III. Diodori Tarſenſis, Comment. Nicetæ Heracliæ Epiſcopi, Comment.

IN EPIST. CATOLICAM B. IVDAE. APOSTOLI.

IVdas, ideſt Confitens celebranſq; Deum, qui etiam Syriacè Matth. c. 10. & Marc. cap. 3. Thadæus appellatur, & Actor. cap. 1. frater Iacobi (erat enim tunc Iacobi Minoris nomen

apud

apud omnes celeberrimum vt Ieroſolymitanæ Eccleſiæ primi Epiſcopi) & apud Hieronymum de Viris Ill. Corculus ideſt proprij cordis cuſtos, & quidem ob eius inſignes virtutes, & ad diſtinctionem Iudæ infamis, & maledicti proditoris; de Tribu Iuda, ex Patre Cleopa, ſeu Cleopha, alter ex duobus diſcipulis, qui cum Chriſto poſt reſurrectionem ambulauit; ex matre vero Maria, vxor Cleophæ appellata, *Io. 19.* & ſoror Matris Ieſu, ideſt Conſobrina. Is vocatus fuit ad Apoſtolatum vna cum reliquis proximè à Chriſto Domino (vt ſcriptis ſuis prodiderunt Beati Euangeliſtæ Matth. c. 10. Marc. c. 3. & Lucas Actor. c. 1.) Poſt Apoſtolorum diuiſionem prædicauit in Iudæa, Galilea, Samaria, Idumæa, Arabia, Syria, & Meſopotamia; & tandem in Perſidem profectus ibi martyrio affectus eſt: Hippolytus tamen atque Dorothæus eum in Beryto occiſum, atque ſepultum aſſerunt. Singula porrò eius geſta, labores, peregrinationes &c. quæ noſtrarum virium eſt ſcire, vide apud Baronium tom. 1. Scripſit Epiſtolam (ex Catholicis vltimam) eis, qui ex omnibus populis, & nationibus ad Chriſti fidem conuerſi erant; in qua de fide, & charitate agens, cautos eos reddit contra quoſdam, qui non ſolum docebant peccatum adiapharum quidam eſſe, & vulgare, ſed etiam Dominum ipſum negare non verebantur: eorum procacitati, & impietati occurrens, & fratres, immo Chriſtianos omnes, in vera Religione confirmans. Extant in eam omnes, quos ſupra ſcripſiſſe diximus in vtrumque, in Nouum Teſtamentum, & in Epiſtolas Canonicas. Item

Adami Sasbout, Comment.
S. Ambroſij, Comment.
Ambroſij Ansberti, Comment.
Bedæ, Expoſitio, tom. 5.
Clementis Alexandrini, Cõment. in Bibliot. Vet. Patrum, tom. 1.
Dydimi Alexandrini, Enarrat.
Franciſci Feu-ardentij, Comment,
Gregorij Primaticcij, Comment.
Lancellotti Ridley, Comment.
Nicolai Harcilech, Comment.
Petri Martinez, Comment.
Raphaelis Maſſæi, Comment.
Theoduli, Comment.

in VERS. XIV. *Prophetauit autem, & de his ſeptimus ab Adam Enoch*, &c. Hieroymus de la Rua, tom. 1. Controu. 6. poſit.

IN APOCALYPSIM B. IOANNIS APOSTOLI.

SVb Domitiano Imperatore, miſſus Ioannes (de quo ſupra in Introduct. ad ſuum Euangelium) ex Epheſo vinctus Romam, cum è dolio feruentis olei in quo eiectus fuerat illeſus exiſſet, relegatus eſt in exilium in Inſula Pathmos; vbi vidit, & ſcripſit Apocalypſim, hoc eſt reuelationẽ, quam à Chriſto acceperat, decimoquarto anno Imperij Domitiani, quo ſecũda poſt Neronem eſt excitata in Eccleſiam perſequtio (vt teſtatur Euſebius in Cronic.) eamq. miſit ad ſeptem Eccleſias, quas prædicatione Euangelij erudierat: præſentes inſtruens, atque exhortans aduerſus hæreticos, & perſecutores; ſimulq. narrans varia perſecutionum genera, quas partim in ſua prima origine Eccleſia perpeſſa eſt, partim etiam nunc patitur, partim denique ad finem vſque mundi paſſura eſt; ſimulq. eiuſdem Eccleſiæ illuſtriſſimas victorias ac triumphus. *Tot habet is liber* (ſicut Hieronym. ad Paulinum ait) *Sacramenta, quot verba*. Extant in eum omnes, quos ſupra ſcripſiſſe diximus in vtrumque Teſtamentum, & in Nouum. Item

Alcuini, liber vnus.
Alphonſi Salmeronis, præludia, tom. 16.
Aluari Carducenſis, Comment.
S. Ambroſij, Expoſitio; to. 5.
Ambroſius Anſbertus.
Ambroſius Catharinus.
Andreæ Cappadocis, Comment. & in Bibliot. Vet. patrum, tom. 1.
Andreæ Cæſarienſis, Comment. ex verſione Peltani,
Anſelmi Cantuarienſis, Enarrationes.
Aprigii Hiſpani, Comment.
Aretha.
Item eiuſdem Collectio expoſitionum Veterum SS. Patrum, græcè.
Aſcenſij Aquitani, Comment.
S. Auguſt. in libro de Ciuit. Dei.
Auguſtini Romani, Comment.
Auguſtini Triumphi, Comment.
Beati Hiſpani, Scripta.
Bedæ, Expoſitio, tom. 5.
Benedicti Ariæmontani, Elucidationes.
Benedicti Pererij, Comment.
Bernardini Arnoldi, Scripta.
Bernardini Senenſis, Comment.
Bernardini de Trillia, Poſtillæ.
Bertrandi Paraytæ, Comment. m. s.
Blaſij Viegas, Comment.
Bruni Liguris, liber vnus.
Brunonis Germani; Comment.
Brunonis Senenſis, Comment.
Caſternotus Hordouicenſis.
Cælius Pannonius.
Claudij à Monte martyrum, Enarrationes.
Cypriani Epiſcopi, Hiſpani, Comment.
Cyrilli Carmelitæ, Comment.
Dionyſij Carthuſiani, Enarrationes.

Digitized by Google

Eliæ Hannibaldi, Comment.
Euangeliſtæ Marcellini, lectiones Ital.
Federici Veneti, Comment.
Franciſci Riberæ, Comment.
Franciſci Ruuæi, Tractatus.
Franciſci Titelmanni, Tractatus.
Ganfredus Antiſiodorenſis.
Gaſparis à Melo, Comment.
Gloſſa ordinar. tom. 6.
Haymonis Halberſtatenſis, lib. 7.
Henrici de Haſſia, Comment.
Henrici de Vvitynghen, Comment.
Hubertini de Caſali, Comment.
Hugo de S. Charo, tom. 6.
Iacobi Stralem, Comment.
Iacobi Suarez, Conciones.
Incerti, Expoſitio, apud S. Auguſt. tom. 9. in append.
Ioachimi Abbatis, Expoſitio.
Io. Andeuer, Comment.
Io. Anglici, Comment.
Io. Annij, Comment.
Io. Blorcham, Comment.
Io. Capgraue, Comment.
Io. Cartenij, Scripta.
Io. Ederi, lectura.
Io. Gagnæi, Comment.
Io. Gulielmi Herbet, Comment.
Io. Hager, Comment.
Io. Hayton, lectiones 46.
Io. Hentenij, Comment.
Io. Herduch, Comment.
Io. Iordani de Saxonia, Scripta.
Io. Pagani Bergomatis, Comment.
Io. Rupellenſis, Expoſitio.
Io. Sulmonenſis, Comment.
Io. Thorpæ, Expoſitio.
Io. Tylnæi, Poſtillæ.
Io. Tinmouth, Expoſitio.
Io. Tythleshalæ, Expoſitio.
Io. Valeis, Expoſitio.
Io. de Vernonæ, Expoſitio.
Io. Vitalis, comment.
Lucretij Tiraboſchi; Comment. m. s.
Martini Cordubenſis, Expoſitio.
Nicolai de Alſentia, Comment.
Nicolai de Gorram, Comment.
Nicolai Tacciti, Sholia.
Pauli Atauantii, Comment.
Pauli Genuenſis, liber vnus.
petri Bulengerii, Comment.
Petri Caponſacchi, Comment.
Philippi Lombardi, Comment.
Primaſii Africani, Comment.
Richardi anglici, liber.
Richardi Caſtriconenſis, Comment.
Richardus de S. Victore, par. 2.
Roberti Canuti, Comment.
Roberti Scribæ Angli, Comment.
Ruperti Abbatis, Comment. to. 2.
Seraphini Firmani, Declarationes, Ital.
simonis Baringuedi, Comment.
Stephani Biſuntini, poſtillæ.
Theodorici Andreæ, Comment.
Theoleſphori Coſentini, Explanationes.
Thophanis Niceæ Epiſcopi, Comment.
Thomæ Anglici, Comment.
Thomæ Boni, Comment.
Thomæ de Sturæi, Moralitates.
Thomas Suduolcas.
Thomæ de Vlleya, Comment.
Victorini Pictauienſis, Comment. & Scholia in Bibliot. Vet. Patr. tom. 1.
Vitalis è Furno, Comment.
Vuecemberti Curnenſis, Comment.
Vvilhelmi Lindani, Comment.

in CAPITIS I. verſ. 1. vſque ad 6. *Apocalypſis Ieſu Chriſti quam dedit illi Deus palam, &c.* Sermonarij, in feſto Dedicat. S. Michaelis. Vide eos in Indice Vniuerſali verbo Sermonarij.

VERS. VI. *Et fecit nos Regnum, Sacerdotes*, &c. Caietanus Ientac. 3.

in CAPITIS II. verſ. 10. *Eſto fidelis vſque ad mortem.* &c. S. Thomas tom. 16. ſerm. 5. de mortuis.

in CAPITIS III. verſ. 16. *vtinam eſſes calidus*, &c. Caietanus vbi ſupra Ientac. 8. quæſt. 4.

in CAPITIS IV. verſ. 11, *Tu creaſti omnia*, &c. Ijdem ibidem, Ientac. 11. quæſt. 3.

in CAPVT V. De ſeptem Signaculis ab agno ſolutis. S. Bernardus, in ſerm. de temp. ſerm. 1. de Reſurrect. Domini.

VERS. V. *Ecce vicit leo de Tribu Iuda*, &c. Idem ibidem in ſerm. paru. ſerm. 14.

VER. IX. *Cantabant ſancti Canticum nouum*, &c. S. Thomas vbi ſupra, in feſto Sanctorum Innocentium.

VERS. XII. *Dignus eſt Agnus*, &c. Caiet. vbi ſupra Ientac. 7. quæſt. 3.

in CAPITIS VII. verſ. 2. vſque ad 13. *Et vidi alterum Angelum aſcendentem*, &c. Sermonarij vbi ſupra, in feſto omnium SS.

VER. XIII. vſque ad fin. cap. *Hi qui amicti ſunt ſtolis albis*, &c. Ijdem ibidem, in Communi plurimorum martyrum.

in CAPITIS XII. verſ. 1. *Signum magnum apparuit in Cælo*, &c. S. Bernardus in ſerm. de temp. ſerm. 2. de B. Mar. Virg. poſt ſerm. de Aſſumpt. Nicolaus de Cuſa, in lib. 2. excitat. tom. 2.

in CAPITIS XIV. verſ. 1. ad 6. *Et ecce Agnus ſtabat ſupra montem Sion*, &c. Sermonarij

vbi

vbi ſupra, in feſto Sanctorum Innocentium.

Vers. xiii. ad 15. *Et audiui vocem de cælo dicentem mihi*, &c. Ijdem ibidem in Miſſa pro Defunctis.

Item ibi *Beati mortui*, &c. Aloyſius de Reboledo orat. 41. Hiſp.

in Capitis xix. verſ. 1. vſque ad 9. *Poſt hæc audiui quaſi vocem turbarum multarum*, &c. Sermonarij vbi ſupra in Communi plurim. martyr. temp. Paſchali.

in Capitis xxi. verſ. 2. vſq; ad 6. *Et ego Ioannes vidi ſanctam Ciuitatem Ieruſalem*, &c. Ijdem ibidem in Anniuerſario Dedicat. Eccl.

Vers. xi. *Qui nocet noceat adhuc*, &c. Caietanus vbi ſupra Ientac. 8. quæſt. 5.

Vers. xix. & 20. *Et fundamenta muri Ciuitatis omni lapide pretioſo ornata*, &c. S. Epiphanius de 12. lapidibus.

Soli DEO honor, & gloria, in ſæcula ſæculorum. Amen.

FINIS.

ORDO ELENCHI AVCTORVM

Qui ſcripſerunt in Sacra Biblia.

In vtrunque Teſtamentum.	pag. 1
In Vetus Teſtamentum.	3
In Pentateuchum.	ibid.
In Geneſim.	4
In Exodum.	7
In Leuiticum.	9
In Numeros.	ibidem.
In Deuteronomium.	10
In Ioſue.	ibidem.
In Iudices.	11
In Ruth.	12
In libros Regum.	ibidem.
In I. Regum.	13
In II. Regum.	ibidem.
In III. Regum.	14
In IV. Regum.	15
In Lib. Paralipomenon.	16
In Eſdram.	ibidem.
In Tobiam.	17
In Iudith.	ibidem.
In Eſther.	ibidem.
In Iob.	ibidem.
In Pſalmos.	19
In Prouerbia.	27
In Eccleſiaſten.	29
In Cantic. Cantic.	30
In Sapientiam.	33
In Eccleſiaſticum.	35
In Prophetas maiores.	36
In Iſaiam.	ibidem.
In Ieremiam.	38
In Threnos.	ibidem.
In Baruch.	39
In Ezechielem.	ibidem.
In Danielem.	40
In Prophetas minores.	41
In Oſeam.	ibidem.
In Ioelem.	ibidem.
In Amos.	42
In Abdiam.	ibidem.
In Ionam.	ibidem.
In Michæam.	43
In Nahum.	ibidem.
In Habacuc.	ibidem.
In Sophoniam.	44
In Aggæum.	44
In Zacchariam.	ibidem.
In Malachiam.	45
In Lib. Machabeorum.	ibidem.
In NOVVM TESTAMENTVM.	46
In IV. Euangelia.	ibidem.
In Matthæum.	48
In Marcum.	57
In Lucam.	59
In Ioannem.	67
In Actus Apoſtolorum.	73
In Epiſtolas Pauli.	74
In Epiſt. ad Romanos.	76
Ad Corinthios.	78
Ad Galatas.	80
Ad Epheſios.	81
Ad Philippenſes.	82
Ad Coloſſenſes.	83
Ad Theſſalonicenſes.	ibidem.
Ad Timotheum.	84
Ad Titum.	85
Ad Philemonem.	ibidem.
Ad Hebræos.	ibidem.
In Epiſt. Catholicas.	86
In Epiſt. Iacobi.	87
In Epiſt. Petri.	88
In Epiſt. Ioannis.	89
In Epiſt. Catholicam Iudæ.	90
In Apocalypſim Ioannis Apoſtoli.	91

Errata obiter animaduerſa in Indice Vniuerſali.

Fol. 16. lin. 22. lege Neapolitani. fol. 23.lin.23. lege Puritanos. & lin. 57. lege Vultſanus,adde poſt deponitur anno 1704. fol. 29. lin. 44. adde poſt verbũ Del Rius,Problemica 11. & dele,ibid. fol. 32. lin. 15. lege,Chockier. fol. 52. lin. 11. lege Auerroem. ibidem lin. 33. lege Ponce, & poſt media,adde 11. fol. 62. linea 35. lege,de Cælo. vide,&c. fol. 65. linea 6. lege cap. 6. fol. 81. linea 46. dele,eiuſdem. fol. 85. linea 6. dele,5. fol. 88. lin. 51. lege Curculio. fol. 103. lin. 23. lege Sebaſtiani. fol. 117. lin.45. lege tomo 3. ſerm. 19. fol. 142. lin. 54. lege, Verſiones. fol. 148. linea 36. dele, 5. fol. 149. lin. 23. lege Caſtella. fol. 153. lin. 8. dele, ibidem. fol. 160. lin. 57. lege,expreſſa. fol. 164. lin. 52. lege Neophyti. fol. 169. lin. 16. lege Aethiopia. & linea 51. lège Euangeliorum. fol. 172. linea 55. lege Ludouicus Guicciardinus. fol. 198. linea 46. lege Hunibaldus. fol. 208. linea 26. adde poſt eſſentia, *S. Thomas* 12.q. 110. dele in eodẽ folio totam lineam 25. fol. 217. linea 47. lege Rombertus. fol. 221. linea 21. in principio,lege,in Hippocratem ſcripſerunt. & linea 49. in principio dele, in. fol.222. lin. 37. lege Æra. fol. 231. lin. 13. in principio,lege 1216. fol. 264. lin. 29. dele Poema, & pone ſupra linea 28. poſt Triſſ. fol. 297. linea 58. lege Luc. fol. 307. linea 33. lege Mariale. fol.309. linea 26. lege Floriacenſi. fol. 338. linea 26. lege Polanci. fol. 344. linea 8. lege Speculo. fol. 346. linea 47. lege Dominicis. fol. 360. linea 36. lege partu. fol. 454. linea 14. dele, de, & pone, ad. fol. 456. linea 26. lege Reſurrectionis. & linea 33. lege Verbo Petrus Lombardus. fol. 469. linea 3. lege Villalpanda. fol. 476. lin. 11. lege Græcè, Hieronymo. fol. 500. lin. 47. dele, ibid. fol. 503. linea 37. in principio,lege S. Vincentij. & dele Vincentij Ferrarij, Tract. fol. 548. linea 25. dele Gaſpar Loartes, ibid. fol. 565. linea 33. lege, Zophitis. fol. 567. Aſtinentia,corrige Abſtinentia. fol. 569. poſt linea 12. Adde,Ae, vide etiam ſub ſimplici E, & poſt lineam 26. adde, Vide etiam Aegyptus. fol. 570. dele lineã 41. fol. 571.dele lin.23.& 24. & pone eas infra. fol.572. poſt lin. 19. pag.572. linea 8. dele,de, & linea 16. dele, ad, pag. 574. linea 31. lege Fraſcati. fol. 588. linea 9. lege inſtrumentalibus, & linea 52. lege conſecratio. fol. 590. linea 24. lege Arbitris, fol. 617. linea 26. adde, LIGVRIA, vide Liguria.
Iodochus Lorichius vbicunque citatur,tractatu, &c. lege, in tractatu de Cura corporis humani cap. &c.

Errata obiter animaduerſa in Elencho Auctorum in Sacra Biblia.

Fol. 1. linea 5.lege,etiam Theologia Poſitiua: Biblia,&c. & lin.21. lege admittat fol. 7. poſt in Exodum, lin. 1. lege ואלה שמות fol.12.in lib.Reg.lin.11.lege extant in eos, omnes,qui ſcripſerunt,& dele,ſcripſerunt,vſque ad vtrumque. fol. 24. in pſalmum 10. adde ſuo loco,Viti pizze, ſerm. Ital. fol. 25. poſt lineam 4. adde Io. Lorini, Comment. in fine ſuorum Comment. in Eccleſiaſten. fol. 26. linea 25. dele Io. Lorinus,poſt Comment. in Eccleſiaſten. fol. 28. linea 8. adde Danielis recuperi Comment. fol. 46. linea 9. lege fores.

REGISTRVM.

† A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ Tt Vu Xx Yy Zz.

Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii Kkk Lll Mmm Nnn Ooo Ppp Qqq Rrr Sſſ Ttt Vuu Xxx Yyy Zzz.

Aaaa Bbbb Cccc Dddd Eeee Ffff Gggg Hhhh Iiii Kkkk Llll Mmmm.

a b c d e f g h i k l m.

Omnes ſunt duerniones, præter Mmmm. quæ ſunt terniones.

R O M AE,

Ex Typographia Reuer. Cam. Apoſtolicæ. 1612.

Digitized by Google

Digitized by Google

Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google